

Epistula introductionis in *Colloquia Familiaria*

Lettre d'introduction aux Conversations de la vie courante

Olivarius Rimbault benevolenti lectori s.p.d.

Haec famosa colloquia Latina laetus tibi trado, amice vel amica, multis certe excisis sed conversione in linguam Gallicam adjuncta. Etenim quasi scriba priscorum aevorum hanc interretialem editionem confeci ut vel partim verba Erasmi, egregii Latinistae et paedagogi, omnibus tironibus ac magistris in promptu essent. Quae non minus hodie quam XVI^o saeculo ineunti nobis adjumento sunt ut linguam Latinam gradatim discamus callere id est sapere una cum sale animoque scriptoris.

Ad hoc inceptum id mihi stimulo fuit quod permulta eorum excerptorum jam in Gallicum conversa in quodam libro inveneram quem donum gratiosissimum mihi tum dolenti dederat Anna-Maria Got. Quae mulier religiosa Perpiniani Massiliaeque in urbibus permultos annos se vehementer dedit linguae Latinae et Graecae docendae. Cum autem consilium Circuli Latini Perpinianensis condendi ortum est, ipsa inter primos fuit qui illi incepto coram faverent. Itaque Anna-Maria jure censuit illum librum ca 1930 a Carolo Dumaine sub hac inscriptione *Conversations Latines sive Colloquia Latina* editum nobis usui futurum esse. Nunc igitur hoc donum per interrete tecum partim communico, optime lector, et coram te Annae-Mariae Got justum meritumque honorem exhibeo.

Ille Caroli Dumaine liber, quamquam ad usum scholasticum confectus, non vacuus paucorum vitiorum est : cum enim scriptor fateatur se ad primam libelli partem componendam e Colloquiis Erasmanianis largiter hausisse, tamen fontes raro explicat ideo quod saepe sententias e variis colloquiis commiscuit vel cum suis verbis conjunxit, postquam exciserat aut mutaverat ea verba quae non satis discipulis honesta illi videbantur. Tunc quidem nobis maximo usui fuerunt hae fere integrae editiones et in

Cher lecteur bienveillant,

Je suis heureux, ami(e), de te livrer ces fameuses conversations latines, sous une forme très abrégée, certes, mais avec une traduction française. Tel un scribe des temps anciens, j'ai en effet préparé cette édition sur la toile pour que l'œuvre d'Erasme, ce latiniste et ce pédagogue remarquable, fût, ne serait-ce qu'en partie, à la libre disposition de tous les élèves et de tous les maîtres. Car cette œuvre ne nous est pas moins utile aujourd'hui qu'au début du XVI^e siècle pour que nous apprenions petit à petit à maîtriser la langue latine, c'est-à-dire à la goûter en même temps que le sel et l'esprit de l'écrivain.

Ce qui m'a stimulé dans cette entreprise, c'est de trouver un très grand nombre de ces extraits déjà traduits en français dans un livre que m'avait très gentiment offert Anne-Marie Got, dans un moment où j'allais mal. Cette religieuse s'est consacrée à l'enseignement du latin et du grec pendant de très nombreuses années, dans les villes de Perpignan et de Marseille. Et lorsqu'est née l'idée de fonder le Cercle latin de Perpignan, elle fut parmi les premiers promoteurs publics de ce projet. C'est ainsi qu'Anne-Marie a pensé, sans se tromper, que ce livre édité dans les années trente par Charles Dumaine, sous le titre *Conversations Latines*, nous serait utile. A présent, je partage en partie ce cadeau avec toi par l'internet, très cher lecteur, et je veux rendre en ta présence un hommage juste et mérité à Anne-Marie Got.

Cet ouvrage de Charles Dumaine, même s'il fut rédigé à l'usage des classes, n'est pas dénué d'un petit nombre de défauts : bien que l'auteur affirme avoir largement puisé dans les *Conversations* d'Erasme pour composer la première partie de son manuel, cependant il cite rarement ses sources pour cette raison qu'il a souvent mélangé des phrases prises dans des *conversations* différentes ou bien les a mêlées à ses propres mots, après avoir enlevé ou modifié les mots qui ne lui semblaient pas assez "moraux" pour des élèves. C'est alors que nous avons pu tirer un très grand profit des éditions presque intégrales que

duabus interretialibus bibliothecis praebitae :

- www.grexlat.com/biblio/colloquia/index.html

- www.intratext.com/IXT/LAT0674/_INDEX.HTM

Eis auxiliis, omnes Caroli Dumaine illius libri fontes reperimus excerptaque ab illo selecta saepe correximus et complevimus. Etiam translationem ejus Francogallicam cum cura et studio relegimus nonnullosque locos aliter reddidimus. Postremo addidimus adnotationes spectantes aut ad grammatica aut, illis aliis editionibus saepe juvantibus, ad scientiam, fontes aevumque Erasmi.

Quod ad grammatica attinet, quam minimas sed opportunissimas proposuimus relationes ad librum a Cart-Grimal-Lamaison-Noiville apud Nathan editum. Nisi lector ad illum librum his litteris *Gram.* rejicitur, alii scriptores (sc. Ernout-Thomas ac Sauzy) clare notantur. Deinde, quod non doctis sed ante omnia scholasticis utilem editionem offerimus, scriptionem ipsam ab Erasmo usitatam ad usum hodiernum et communem adaptavimus : e.g. non *litera* sed *littera* scripsimus, nec *imo* sed *immo*, nec *quum* sed *cum*, nec *lubet* sed *libet*, nec *lacryma* sed *lacrima*, nec *poenitere* sed *paenitere*, cet. Itidem, quo facilius lectio fieret, cum veros titulos servaremus, novos et italicis litteris scriptos addidimus atque eo minus dubitavimus spatia inter verba eiusdem colloquii interjicere quod nonnumquam fit ut Erasmus repente ad aliud novumque argumentum transeat, nobis hoc primum curantibus ut conversio Gallica semper Latinis verbis admodum adversa esset.

In conclusionem sine, patiens lector, pauca loquar in Erasmi nostri laudem. Is enim merito classicus scriptor vocatur, id est fons litterarum nullo saeculo exhaustus. Illius *Colloquia familiaria* ab anno 1518 edita sunt at opus auctum et completum ultimam editionem habuit anno 1533. Nihilominus facile senties, perspicax lector, quam excellens magister Latinae linguae manet Erasmus. Nam tam purus quam clarus est sermo ejus ; ipse ex optimis fontibus haustus est imprimisque e Plauto et Terentio et Cicerone. Attamen satis firmus et constans et

proposent deux bibliothèques de la toile :

- www.grexlat.com/biblio/colloquia/index.html

- www.intratext.com/IXT/LAT0674/_INDEX.HTM

Avec leur aide nous avons pu retrouver toutes les sources du livre de Charles Dumaine et nous avons souvent corrigé et complété les extraits qu'il avait choisis. Nous avons même relu avec un très grand soin sa traduction française et l'avons modifiée en plus d'un endroit. Enfin, nous avons ajouté des notes qui concernent soit la grammaire soit, avec l'aide souvent de ces autres éditions, les connaissances, les sources et l'époque d'Erasmus.

Pour ce qui est de la grammaire, nous avons proposé des renvois, les moins nombreux possible mais qui nous semblaient les plus opportuns, à la grammaire éditée par Cart-Grimal-Lamaison-Noiville chez Nathan. Si le lecteur n'est pas renvoyé à ce livre (par les lettres *Gram.*), les autres auteurs (à savoir Ernout-Thomas et Sauzy) sont clairement désignés. Ensuite, parce que nous n'offrons pas une édition scientifique mais une édition à l'usage avant tout des étudiants, nous avons adapté l'orthographe à laquelle recourt Erasme à l'usage répandu de nos jours : par exemple, nous n'avons pas écrit *litera* mais *littera*, ni *imo* mais *immo*, ni *quum* mais *cum*, ni *lubet* mais *libet*, ni *lacryma* mais *lacrima*, ni *poenitere* mais *paenitere*, etc. De même, pour faciliter la lecture, tout en gardant les titres d'origine, nous en avons ajouté de nouveaux, écrits en italiques, et, comme il n'est pas rare qu'Erasme passe sans transition à un nouveau sujet, nous avons d'autant moins hésité à laisser des espaces à l'intérieur d'une même *conversation*, notre premier souci étant de toujours bien mettre la traduction française en regard du texte latin.

En conclusion, permets-moi, patient lecteur, de dire quelques mots à la louange de notre cher Erasme. C'est à juste titre en effet qu'on lui donne le titre d'écrivain classique ; en d'autres termes, il est une source littéraire qui ne fut jamais épuisée. Ses *Conversations de la vie courante* ont été éditées à partir de 1518 mais l'ouvrage augmenté et complet connut sa dernière édition en 1533. Pourtant, tu saisiras facilement, lecteur avisé, combien Erasme est resté un remarquable professeur de latin. Car son latin est aussi correct qu'il est clair ; lui-même a puisé aux meilleures sources, en particulier dans Plaute, Térence et Cicéron. Et pourtant, le style d'Erasme est apparu suffisamment sûr, constant et unique pour que de

unicus apparuit stilus Erasmi ut illo vivo ortae sint disputationes inter *Erasmianos* et *Ciceronianos*. Quae disputationes haud dissimiles hodie renascerentur, praesertim inter eos magistros qui *tralatitiam* (nec vero *Erasmianam* !) docendi methodum fovent et multo pauciores Latinistas qui vivum usum provehunt... Ciceroniani ergo Erasmus vituperabant de *loquacitate* quae ei nondum "*senio, morbo, denique bellorum calamitate*" confecto (*Coll.XIV, 6°*) propria fuit. Nam ars eius oratoria semper paedagogi est : saepe enim eadem variis ac brevibus sententiis repetit ut quasi ludendo varietatem et ubertatem linguae non solum ostendat sed etiam in mentibus nostris imprimat. Denique non tantum linguam docet sed per linguam exquisitam artem vitam agendi sive mores qui tantum antiquis litteris quantum fidei christianae debent. Moribus *Erasmianis* propria est quaedam comitas et sal, benevolentia et ironia. Dum ergo in Republica litterarum Ciceroniani stilum quasi vivi vulgarisque sermonis reprehendunt, Reformati in ecclesia turbata divisaque prudentiam *Erasmianam* id est amorem concordiae non intellexerunt : nonne ipse Roterodamus princeps litterarum per Apitium personam hoc vetus proverbium laudat : *ne quid nimis* (*Coll. XLIII*) ? Tamen, saepe ultra modum producta apparet illa *loquacitas* *Erasmiana*, plenaque sunt alacritatis haec *Colloquia familiaria* quia summum amorem et vitae communis et unice Latinorum linguae per unicum stilum indicant.

Vere, amabilis lector, difficile meliorem scriptorem Latinum invenies ut teipsum exerceas non modo ad cursim legendum sed etiam, tibi exopto, ad calamo currenti scribendum. Quidni aliquando etiam Latine colloquaris, Erasmo docente ? At satis hactenus supervacaneis monitionibus te retinui : tolle vel potius clica et lege !

Cura ut valeas.

Dabam Cereti Francogalliae a.d.VI id.Aug. sive die beati Erasmi a.MMIV s.n.

son vivant naquissent des débats entre *Erasmiens* et *Cicéroniens*. Débats qui renaîtraient aujourd'hui à l'identique, s'il était possible, surtout entre les enseignants qui soutiennent la méthode *traditionnelle* (qui n'est pas celle d'Erasme !) et ceux, beaucoup moins nombreux, qui défendent un usage vivant du latin... Les *Cicéroniens*, donc, reprochaient à Erasme la *loquacité* (ou *verboiserie*) qui lui était propre quand il n'était pas encore affligé "*par la vieillesse, la maladie et pour finir la calamité des guerres*" (cf *Coll.XIV, 6°*). De fait, son art du discours est toujours celui d'un pédagogue : il répète souvent les mêmes choses avec des phrases courtes et variées afin non seulement de montrer comme en jouant la riche variété de la langue mais aussi de l'imprimer dans nos esprits. Enfin, il n'enseigne pas seulement la langue mais aussi, à travers elle, un art de vivre raffiné, une morale qui doit autant à la littérature antique qu'à la foi chrétienne. La morale d'Erasme se caractérise par une forme de gentille causticité, une ironie bienveillante. Pendant que dans la République des Lettres les *Cicéroniens* blâmaient l'allure de conversation familière, pour ainsi dire, de son style, les Réformés, dans l'Eglise troublée et divisée, ne comprirent pas la sagesse d'Erasme, à savoir son amour de la concorde : n'est-ce pas le prince des lettres de Rotterdam lui-même qui, par son personnage Apitius, fait l'éloge du vieux proverbe : "*ne faisons rien d'excessif*" (cf *Coll. XLIII*) ? Pourtant, cette "loquacité" d'Erasme apparaît souvent comme un développement sans mesure et ces *Conversations de la vie courante* sont pleines de jubilation parce qu'elles révèlent un suprême amour de la vie commune en même temps que de la langue unique des Latins au travers d'une plume unique.

Vraiment, aimable lecteur, tu trouveras difficilement meilleur écrivain latin pour t'exercer toi-même non seulement à la lecture cursive mais aussi, je te le souhaite vraiment, à l'écriture cursive. Et pourquoi ne ferais-tu pas un jour la conversation en latin, grâce à l'enseignement d'Erasme ? Mais je t'ai assez retenu par des remarques superflues : prends, ou plutôt, clique et lis !

Porte-toi bien.

A Céret, en France, le 8 août, jour de la saint Erasme, en la 2004^e année de notre salut.